



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.XLIV. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

*In delinquentes se-
quentes se-
tia.* *pie seviebat in delinquentes, ut nullis unquam adulata, omnibus sincere & ingenue colloquuta, imparido Zelo vitis quibuscunque & quarumcunque bellum inferret, sed ea prudentia, & amantis animi industria, ut ejus monitiones & expostulationes omnibus sumopere probarentur, quippe, qua scirent certissimo, soli eam peccato irasci, ejusdemq; amore, quacunq; forma amictu, sive mitescente, sive seriente sanctum tamen & maternum amorem semper esse. Impetebat*

*Philautia astus suspi-
cissimos
suis redde-
bat.* *semper & potissimum amoris proprii ac philautia astus in diem recrudescentes, solita dicere: Invidendum in tales defectus generose, & vorandos amoris Divini omnipotentis robore: ut autem efficaciori tentationibus impugnatu solatio foret; versor, in quiete sapissime, in vestro statu, in isdem fluctibus, susque deque acta, haec & illa adhibeo remedia, quibus si etiam ut amini, ingentes in via Salutis, profectus factus, vietrices semper, & Damonkterribiles. O Anima illius incredibiles delicias, quae naturam semper Gratiae subijcit, & voluntatis propriae proposita studia Obedientia sanctae potentem emanipat. Ita saepe citatus Religiosissimus Scriptor.*

*Quanta
gratia Re-
signationis.*

Eodem anno Christi 1643. Septembris die 13. Redivivo in se Patri Sanctissimo Benedicto in caelis gloriosum sistit Gregorius a S. Elia cognominatus Calinenfis Canobij Conventus mirifica sanctitatis opinione clarissimus, cujus elogium vitae typis excusum necdum habere potuimus. *Casimirus Vincentius.*

*IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XLIV.
Sancti Patris Benedicti. M. C. LXIV.*

Magnum omnino & splendidissimum Hispaniarum occumbit sydus, non sine magno & Regni & ipsorummet Regum luctu, Reverendissimus & Illustrissimus P. F. Josephus de la Cerda noster, Almeriensis & Parenfis Episcopus. Hic in celeberrimo Sancti Martini Regiae Urbis Madritensis Monasterio vitam Monasticam profectus, tantis animi corporisque dotibus excelluit, ut facile quis, ad summa natum, conijceret. Fuit admirabili ingenij praeclara sublimitate, memoria incredibili, eloquentia singulari, claruit omnimoda scientia, humanis Divinisque literis instructissimus, in Philosophicis, Theologicis, in Jure utroque ad miraculum versatus: neque minus tamen Religiosi rigoris, Regularum

*Josephus de
la Cerda
Mon. S.
Martini.*

sanctae & disciplinae observantissimus, summaque Vitae perfectionis studiosissimus, Zelo Religionis & propagandae bono publico pietatis accensissimus, eaque de causa juvenis etiamnum, Regius Concionator designatus, verbo potens & exemplo mirifice excelluit, omniumque animos rapuit, maximi propterea a Regibus factus, quem deinceps ad Episcopatus Almeriensis Cathedralis promovetur, inde Parenfis etiam Ecclesiae Pontifex ordinatus, dum ubivis veri Pastoris insignia exempla edit, & Christi ovibus omni cura invigilat, sanctoque vitae exemplo omnes lucrari fatagit, ad altiores multo dignitates expetitus, praematura morte omnium votis & Regum praecipue eripitur, relictis non paucis praestantissimi ingenij monumentis, quae inter celebratur praecipue Tomus unus de DEO Incarnato, & Beatissima DEI Matre, & duo alij Tomi in librum Judith, litterali & morali explicatione, in quibus profundissimi sui ingenij thesaurum in publicum protulit, & ob hos ipsos labores aeternum celebrari meruit. Praesul plane incomparabilis, cui nemo sufficit satis commendando. *Ex Francisco de Arzair. &c.*

*Regio d.
lectm.*

*Ad diver-
sos Episco-
patus pro-
motus.*

Luger & Galliarum Regnum hoc ipso anno magnum sibi Sydus ereptum, & caelo infernum sanctae memoriae Mariae de Compreinac, Benedictini Ordinis, Congregationis Calvariae foeminam praeclectam. Fuit haec Illustrissimo orta genere, e familia de Pontac, neptis primarij in suprema Curia, Burdegalensi Praesidis, quae vegeta etiamnum aetate viro orbata, cum jam libera sibi que soli reddita de eligendo statu vitae reliquae deliberaret, voti causa peregrinatione ad Sacellum Desparae de Ardilerijs, eo in primis sine suscepta, ut ab amantissima parente ac Tutelari sua, quidnam sibi potissime amplectendum esset, exoraret. Inde Salmurij in aede sacrae Calvariae dum suppliciter DEUM orat, derepente tota aestuanti desiderio absolutissima perfectionis incallescens, saeculi pompis, delictis honoribus eodem momento nulla interposita mora sibi nuncium remittendum esse audit, ac relictis omnibus, ibidem Monasticum habitum sibi induendum. Obsequitur ocyus immiffae caelitus inspirationi (ita saepe citatus rerum

*Maria de
Compre-
nac Dn. de
Pontac.*

*Mirè vo-
catur ad
Ordinem.*

rerum Calvariae scriptor) familiam dimittit, votum exsolutura ipsa inrepi-
dè nihilque morata, sed seipsam demirata, Monialium Calvariae Conventum
ingreditur; tanta modestia & humilitate, tanta prudentia & zelo, cum ipsis
Virginibus versatur, ut omnium calculo ad Novitiatum, ac dein Professione-
nem admittit, nihil à mirabili vocatione alienum admittens, omnibus admirationi & imitationi esset. Sola oratione
coelestiumque contemplatione pascitur. Divina duntaxat, ut cordi, ita ori inerant, non pati arduum sibi,
sed optabile, sed delectabile dicitur; tanta in DEUM fiducia, tanto amore
æstuabat plerumque ut sæpe sodalibus, singulari gratæ mentis jubilo jocòque
diceret: *haud sese à DEO tot beneficijs affectam, credere posse unquam inferno addicendam, ut tot salutis subsidia, tot talenta, tot lumina nihil profutura essent.* In
Vigilia, Nativitatis Domini, pridie quam è vivis decederet, sacratissimo Missæ Sacrificio in nocte adesse gestiens,
pretioso Christi Domini Corpore reficienda, multis sorores precibus exoravit, ut se in extremis constitutam nascenti Christo Pueri in Ecclesiam deportatam sifterent, (hydropisi laborabat, tantusque erat corporis tumor, ut stupere ipsi Medici, vixque loco, juvantibus omnibus, moveri posset) delata tamen est in Sacellum; ubi cum tantisper quievisset, subito exiliens in pedes, incredibili celeritate ad altare processit, unq̄ ex sororibus leviter manum ministrante, sumptaque Sacrosancta Eucharistia, eodem die nasci in cælis, quo in terris Christus natus erat, ardentissimis votorum suspirijs peroptare cœpit. Sed DEO aliter disponente, ubi primum Plenariam Indulgentiam Calvariae à Summis Pontificibus concessam consequuta est, inter verba Orationis animam innocentissimam efflavit vigesima septima Decembris, hoc ipso anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, Dilecto Domini Joanni Evangelistæ reservata, cum hoc festum exaltationis in cælis celebratura, insigni apud sorores sui memoria, & desiderio relictis. In Indijs Apostolatum suum beato fine claudit

Hoc ipso anno Serenissima Francisca Renata Lotharingæ Princeps omnibus exemplar sanctitatis, Abbatissa S. Petri Remensis meritisissima ab amplexu filiarum in Christo dilectissimarum, incredibili cum suo, tum illarum more & dolore abstracta, jussu Regis Parisios evocata, celeberrimi illius Montis Martyrum Archisterij Coadiutrix renunciata est; cum Remense Monasterium quinque solummodo annis summa cum prudentia sanctissime gubernasset & brevi Regimine Domum DEI, loci illius Basilicam egregie excoluisset, & pretiosissimis ornamentis locupletasset, aliaque inter tres sacros Calices comparasset, arcamque ex ebeneo, argenteis castaturis elegantissime distinctam confici curasset, in qua maximam partem corporis S. Zenonis (quo à Gregorio XIII. donatus quondam fuerat cognatus Renatae Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Carolus à Lotharingia) & brachium S. Guilielmi Ducis Aquitaniae inclussit. Proinde hoc ipso anno Remis quarta Maij discedens, omnium corda & studia secum abstulit, & Parisios delata, abdicationem in manus Ludovici XIV. fecit, successit quamprimum in ejus locum Catharinâ Angelicâ Aurelianensi Principe serenissimi Henrici Aurelianensis Ducis de Longeville lectissimâ filiâ, è Malodunensi ad Pontifaram Cænobio postulatâ. Huic vero successit alia Angelica, nimirum Catharinâ, Margarita Angelica Pontis Dominarum Professa, filia Illustrissimi Maximiliani Francisci de Betune, Comitis Orvallis Regii Ordinis Equitis, Reginae Annæ Austriacæ supremi Aulae Praefecti; quæ ab Illustrissimo Domino Simone Lebrâ Suesionensi Episcopo benedicta fuit, ingenti pompa, in frequenti Consessu Cardinalium, Episcoporum, Principum & ipsiusmet Reginae Galliarum,

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XLV.
Sancti Patris Benedicti. M. C. LXX.

Iterum præstantissimi valoris gemma coronæ Sanctorum coelesti inferitur, deprompta ex amplissimo Galliarum Regni, & Congregationis nostræ de Calvaria promptuario & Thesaurio. Hæc revera fuit Domina Maria de Leuy primæ Nobilitatis jubar, filia Illustrissimi Ducis, Domini à Vantadura,

Francisca
Renata Pr.
Lotharing.
fuit Coad-
iutrix in
Monte
Mart.

Omnium
corda se-
cum au-
ferret.

Maria de
Leuy.

Omnibus
statim ad-
miratori.

Mirum e-
pu dictum.

Sanctissime
vultu summi-
tur.

Franciscus
de Borgia
Archiepi-
scopus.

Jll. mus Franciscus de Borgia ex Monacho S. Benedicti de Sahagun Archiepiscopus de las Charcas. Ex Ann. Soto-Majore.